

De virtutibus Apo-  
stolicis, quod  
ad hoc ve-  
deatur.

Zelus, quem  
pro unica ani-  
ma habuit De-  
us filius.

De zeli pre-  
stantia & me-  
rito.

Exprobratio  
ad eos, qui  
negligentia  
sua animas  
perire sinunt  
quod illis no-  
citantur.

Videntur adhuc novissimis hinc temporibus sacri  
hujus ignis scintilla in Apostolicis vicis, qui in ex-  
tremis terrarum partes concedunt sudoribus, & cruo-  
re suo irrigantur, hincque terras, ut illis  
cogit benedictiones promeretur, efficiantque, ut ibi  
christiana religio floreat. Sed hujusmodi gratia pro  
cunctis non sunt; he sunt misericordie Dei, & he  
misericordie magna sunt miracula: Beatus ille, qui  
animarum regimine aliquam saltem perferre in-  
retur perfectionem, cum dignus non est, qui propria vi-  
te sumptibus suo proximo serviat. Hic esse debet  
maxime familiaris bonorum omnium zelus, genere  
coram Deo, atque pro mortalium omnium salute  
nuncupare vota, ne Salvatoris mors illi inutilis fiat.  
Verus enim Christianus totam zeli sui extensionem  
pon debet in arcto perfectionis sue ambitu continere  
; debet enim pro viribus adire, ut alii quoque  
salutem, & perfectionem assequantur.

Circumstantia notari digna in zelo Salvatoris erat,  
quod ille anima unius salute ita commovebatur.  
Minima ex ovibus suis illi erat acceptissima; nullam  
neglexit usquam. Videte illum unius Samaritana mu-  
lieris conversionem intentum; videte, quidquid illi sua  
charitas fugerit, ut femina oculos aperiat, & mo-  
veat cor. Incipit ille quidem sensum in animum ejus  
irrepere, illum deducit ad errorum suorum cognitionem,  
accenditque in illa cognitionem ejus boni, quod  
nondum agnoscat. Mulier hac illuminatur, converti-  
tur, ipsa etiam predicat Jesum Christum. Una igitur  
mulier fuit obiectum charitatis J. C. Hic nobis  
ostendit, se hujus conversionem insignis virtutis loco  
habuisse, longe alia ratione ab illis, qui magna au-  
ditorum stipati esse volunt corona, quibus non nisi il-  
lustres sapient actiones, qui eorum dumtaxat adha-  
erere volunt conversioni, qui vel genere, vel opib-  
us clari sunt, qui crederent se tempus amittere,  
si in secretum, abditum, ignotumque concederet  
locum quaesituri animam in hominum oculis quidem  
abjectam, sed in Jesu Christi oculis pretiosam, &  
que ideo forsasse languet in tenebris, quia nunquam  
ipsi lumen ostensum fuit. *Lambertus tom. 2, sermoneum  
de vitiis ecclesiasticae form. 15.*

Jesu Christi sanguis effusus nobis ostendit, quan-  
tum sit anime pretium quanti a Deo hec hat,  
atque diligatur, hoc in nobis zelum excitare debet  
his ministeris, que salutem animarum respiciunt, hoc  
efficere debet, ut cum fervore inquiramus occasio-  
nes idem cooperandi, & quomodo opus est, ut cha-  
ritas Christi nos urgeat: *Charitas enim Christi urget  
nos. 2. Cor. 5.* Nunquid detrectare possumus nos  
crucem nostram pro illo effundere, pro quo Dei fi-  
lius totum effudit suum? Repuere possumus vitam  
nostram propter Dei amorem impendere, qui pro-  
pter amorem nostri impendit suam? Quid videbo ani-  
mam jamjam perituras; video illam jamjam in in-  
fernum prolapsum; cogitabo Deum mortuum esse,  
ut illum redimeret; illam vitam meam sumptibus sal-  
vare potero, nec sciam? Hoc mihi per charitatem  
licere non posse. Zelus animarum singulari momento  
cor nostrum debet inflammare, hic semper esse debet  
nostra potissima cura, non secus ac precipua erat  
Apostoli cura. *Rodriguez.*

Zeli praestantia talis est, ut a S. Dionysio de coe-  
lesti Hierar. cap. 3. opus divinissimum appelleretur;  
*Divinus un omnium divinissimum est capere Deo in  
salute animarum.* Et S. Gregorius homil. 12. in Ezech.  
affirmat, nullum hoc jucundius esse Deo sacrificium;  
*Nullum omnium Deo tale est sacrificium, quale est  
zelus animarum.* Ratio vero ex D. Thom. lib. 4.  
contra Gentes cap. 55. desumitur asserente nil in ter-  
ris majus esse anima hominis; hec enim praestantissi-  
ma est omnium creaturarum. Hoc maxime insigne  
opus est manus Dei, & vivens ejus imago, qua a  
malorum omnium maximo, morte videlicet libera-  
tur, ut superno bono perfruatur. Quapropter hac  
actio tanti meriti est, ut licet omnia bona, opesque  
tuas pauperibus erogares, licet corpus jejunis, cilicis,  
& qualibet asperitate castigares, hec omnia ne  
procul quidem accedunt ad eam gloriam, quam Deo  
procurens eidem animas lucratus. Et profecto si  
corporalis elemosina est ita Deo accepta, atque tot  
promeretur benedictiones exercenti illam; quid tan-  
dem cogitandum erit de elemosina spirituali, que  
tantum praeat, quantum anima corpori? Hec est  
S. Gregorii argumentatio. *P. Sicut Iure in libro de co-  
gnitione, & amore Domini nostri.*

Non potestrem inter effectus, quo zelus producit  
in illis, qui aliqua sacri hujus ignis scintilla inces-  
sus animas selesunt, & justam esse indignationem in eos, qui  
perire sinunt animarum interitu non afficiuntur, eosque ad dicen-

dum impellere cum S. Paulo, qui pati nequit hinc  
necciam meriti in illis, qui per scandalum sunt occa-  
sio lapsus eorum; *Peribit in sua scientia frater,  
quem Christus mori vultus est? 2. ad Cor. 8.* Quid quiescis  
videns perire fratrem tuum, pro quo J. C. vitam  
suam tradidit, summe crucem effudit? *In sua  
scientia.* Scis illius salutem periclitari, eo quod a  
nemine eruditor, & admonetur; & quin illius cala-  
mitatis miseraris, ita parum moveris, perinde ac  
salus illius tibi nullo esset in discrimine? Indigne  
minister, & Apostole ministerii tui praevaricator! Ani-  
ma illa peribit; sed ex quonam repetet Deus ratio-  
nem interitus ejusdem, nisi ab eo, cui salutem ejus  
crediderat? *Aut. Anonymus.*

Satis liquet zelum facile accendere; ventum hunc,  
quem Spiritus Sanctus excitat, nonnunquam in tur-  
bines immutari; ignem hunc absumere, ac devorare,  
qui calefacere tantum debet. Videte Prophetam  
Eliam; hic de peccatoribus tantum exterminandis  
verba facit, fulmina in illos de caelo detrahit; Dei  
injuriis trienniis ferilitate, omniumque plebopro-  
phetarum nece persequitur. Impetus hujusmodi fe-  
rendi erant, & fortasse etiam necessarij in lege auste-  
ritatis, sed longe alius est spiritus evangelici. Ve-  
rum est: Salvator ignem vult in terram: *Ignem veni  
mittere in terram, & quid volo nisi ut accendantur? Luc. 12.*  
Vult hunc ardere, sed ignis hic accendit debet spi-  
ritu amoris, & mansuetudinis, non autem vehemen-  
ti statu severitatis. Imitandus est David, qui Abila-  
nonem persecutus vitam illius incolentem servare  
studuit. Meminisse debemus, Salvatore cum ad ver-  
sus templi prophetas exauduit, mentis quidem  
mercede eorum evitasse, personis autem pepercisse.  
Utinam quicumque ad Apostolica vocatur minist-  
teria, zelum hunc habere sortem suum, & lenem,  
violentum; atque tranquillum, ardentem, & eminenti  
divinae charitatis scientia illustratum; zelum, qui ut  
ille Sancti Petri, occidit, & manducat: *Orcide &  
manduca,* qui occidit monstra, ut in rationibus ho-  
mines convertat, qui occidit serpentes, ut in colum-  
bas immutat, qui occidit peccatores, ut sanctos fac-  
iat, qui occidit inimicos Dei gladio timoris, ut amoris  
spiritu eam eodem conjugat, *Sermo mansuetus.*

Hi homines zelo succensi, qui tantum edunt tu-  
morem, ac nullum servant modum; hi devoti, qui  
ob nimias quaslibet noxas conclamant, qui ex re-  
bus omnibus scandalum fumant, qui omnia eadem  
metri volant mensura; hi, inquam, devoti optimam  
habent intentionem, non diffiteor; verum non hic  
est zeli christiani character; & magna infertur in-  
juria pietati, que adeo rationalis, ac sapiens est, si  
horum mortalium furor, ac impudentia illi refe-  
runtur accepti. Verus zelus neque impetum habet,  
neque tumultum; rudens, & moderatus est; scit  
commoda laudi tempora eligere, ut blande in ani-  
mos irreat; tener est, & compatiens; neque sem-  
per prolixiori oratione, sed opportuna indulgentia,  
& gratulatione, sed prudenter auctoritatis, quam  
in alios obtinet, & confidentia, quem alii habent in  
ipso, bonis praesertim exemplis maximum quolibet  
effectum consequitur. *P. de la Colombiere in christia-  
nis consideratiombus.*

Qui zelum habent, hoc facile intelligunt. Vide,  
utrum flagres hoc igne, qui illuminare, fovere,  
inflammare querit universum mundum eodem ardo-  
re. Num te miseret excidit eorum, qui perunt?  
Aliquandoe lacrymis prodeunt es malorum Chri-  
stianorum ce-ritatem? Regene ters Deum parum ab  
hominibus agnosci & parum amari? Quid conaris,  
ut agnoscat, & amaret? Non quero, utrum aliquid  
audas cum S. Pauli laboribus comparandum; hoc  
unum quero, utrum in aliquo ex amicis, vel saltem  
familia tua pietatem statuere admissus unquam fueris.  
*Idem.*

Habemus fratres secundum spiritum, habemus etiam  
secundum carnem, qui eo, quo loquor, momento  
in corruptione versantur. Vult illius resuscitate Deus  
per gratiam, sed resurrectionem hanc a nobis, ob-  
neri vult: nostris precibus, lacrymisque cogit  
eandem illis largiendam; alioquin enim saepe non  
placet illis magne suae misericordie, que conver-  
sionis improborum debet esse principium, thesaurus  
aperire. Ita etiam cum aliquibus peccatoribus agit.  
Nisi S. Stephanus pro S. Paulo, & S. Monica pro  
S. Augustino preces iudicasset, fortasse illi ne-  
quamquam inter Sanctos a nobis coleretur. Opus  
erat, ut mater illa zelo succensa novos partus dolo-  
res ferret, iterum generata filium hunc Crucis JESU  
CHRISTI; & ut Martyrus ille antesignanus suum  
impenderet sanguinem, ut persecutorem illum conver-

teret. Non Paulus, neque August. poterant adhuc pro-  
fe deprecati; aliorum interserat hoc illis officium pra-  
stare, qui in hoc frigide praesentissent, fortasse magno  
hac duo ecclesiae lumina renebris infidelitatis obru-  
rentur, *Bourdalois in primis sermonibus sub eius nomi-  
ne editis, sermone de resurrectione Lazari.*

Quid fieri potest, ex quo major Deo gloria cedat,  
quam aliquid ad salutem animarum conferre? Hoc  
enim, ut ita dicam, idem est ac ipsum salvare Deum,  
ut ipse per Prophetam testatur: *Ut sit salus mea us-  
que ad extremum terra. Isai. 49.* Si enim JESUM  
CHRISTUM invisio captivus invisens, si hunc nu-  
trio, pauperes nutrens, si hunc facio, quidquid mi-  
nimo ex servis illius facio, quemadmodum ille in  
evangelio, non ne salvos faciens peccatores ipsum sal-  
vum facio? *P. Rapin. De salutis momento.*

Prima, & maxime universalis zeli praxis in hoc  
sita est, ut ardentur cupias Deum ab omnibus mundi  
nationibus agnosci, atque ad id saltem tua nuncu-  
pes vota. Hanc primam vero praxim, nisi enim ar-  
dente hoc inflammari desidero, vel nequaquam,  
aut saltem parum utiliter gloriam Dei procurabis.  
Hanc etiam universalem dico praxim; quis enim  
sancto hoc ardore flagrare non potest? Rex in so-  
lo dicere potest cum David: *Zelus domus tua co-  
mudit me.* Solitarius in specu suo pro infidelibus,  
atque hereticis obtinere potest gratiam conversio-  
nis; jugibus gemitibus urgere potest dominum mes-  
sis, ut mittat operarios in messem suam, & quem-  
admodum solus cum hostibus populi Dei acie de-  
certans nequaquam restitit victoriam, nisi Moysis  
oratio illi tulisset opem; ita evangelici praecones mi-  
nores effecerat progressus, nisi Solitarii conjunctis  
viribus opitolerantur ferventes preces effundendo.  
*Ant. Anonymus.*

Nihil ecclesiae vel utilius est, vel gloriosius per-  
fectionibus, quibus ministris illius exagitantur. Ni-  
hil magis probat evangelii veritatem, quam passiones  
eorum, a quibus praedicatur, & qui illud suo signat  
crucore. Indignus est hoc ministerio, qui paratus non  
est omnibus malis perferendis, ut rite eodem perfon-  
gatur, & qui ea legit, que in eadem persecutionum  
gloriam cedunt. Verus Apostolorum virtutum char-  
acter est audacter hujusmodi in occasionibus suam  
vitam obijcere. . . S. Chryostomus facere nequit,  
quominus in illis vim christiane charitatis agnoscat,  
quam nulla res potest labefactare. Apollolus in ipsis  
etiam vinculis, atque carceribus non oblitiscitur om-  
nium ecclesiarum, quas ipse instruit, omniumque  
fidelium, a quos ipse convertit. Videtur hec viscera  
JESU CHRISTI, in quibus eos salvo cupit, eidem  
praebere viscera valentia; ut S. Chryostomus inquit,  
que omnem experiant ardorem, ad quem naturalis  
amor potest pervenire. *Lib. 1, cui titulus: Christiana  
documenta. Or. in vigintiannam secundam Dominicam post  
Pentecostem.*

Omnes anime nobis charae esse debent; nostra vero  
proficior, quam caetera firmi: nobisque ante omnia  
omni contendendum est nisi, ut salvemus eam, &  
quamvis de communi mortalium omnium salute age-  
retur, nequaquam deberemus nosmet aeternae damna-  
tionis obijcere, neque vel minimum gratiae, vel divi-  
ni amoris gradum amittere. Ita va nobis, si aliena  
procurata negotia neglexerimus nostra! Va lam-  
pidibus, que facem praerentes hominibus absumun-  
tur, atque intereunt! Va rivulis, qui omnem, quam  
recipiunt, aquam relinquant, & nihil sibi retinent!  
Va speculis ardentibus, simulque frigidis, que so-  
lares radios recipiunt, eosque vel permare sinunt,  
vel reflectunt, quin ne unum quidem sibi retineant,  
quo molliunt, quidquid durissimum est, calefaciunt,  
quidquid frigidissimum, quo omnia accendunt; &  
que nihilominus remanent frigida instar glaci. *P. le  
Valois episc. 7. de recessu.*

De quo Apollolus artem, quam profitebantur, reli-  
querunt Salvatore fecerunt, hujus evangelium in  
extremis usque terrarum plagas pertulerunt, quin in  
toto vita sine spatio unquam ab incepto desisterent.  
Charitas haec, quae diffusa fuit in eorum cordibus,  
cum Spiritus Sanctus datus est illis, illic ignem ac-  
cendit, quo universis terrarum orbis conflagrare pos-  
sit. Nequaquam Imperatoris minis, & cruciatibus  
constant illos a Domini ipsorum cultu amovere, ne-  
que enim aliud reddunt, nisi quod: *Non pessimus  
que vidimus, & audivimus nos loqui. . . Et convocantes  
Apostolos caesi de unione veritate, ne omnino loquerentur in  
Domine Jesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant  
gaudentes a consensu concilii, quoniam digni habiti sunt  
pro nomine Jesu consummationem pati. Omni autem die non  
cessabant in templo, & circa domos docentes, & evan-*

Nihil glo-  
riosius quam  
aliquid con-  
ferre ad salu-  
tem anima-  
rum.

Quilibet po-  
tens, & debet  
exercere ze-  
lum hunc fe-  
cundum fru-  
ctum suum.

Persecutio-  
nes, quae  
evangelicis  
ministris pa-  
ciumur, & in  
ipsis de Fe-  
licis glorie  
sunt.

Zelus salutis  
proximi effi-  
cere non de-  
bet, ut salu-  
tem nostram  
negligamus.

Magnus Apo-  
stolorum ze-  
lus postquam  
Spiritus San-  
ctum recepe-  
runt.

Modus, quo  
aliquid pro-  
ximorum fa-  
cti conferre  
possit.

zelantes Christum Jesum. Itaque quodcumque ten-  
tatum fuit, ut zeli eorum ignis extingueretur, illi  
semper vires, recentemque calorem adiecit. *Abbas de  
Montmorel Dominis. 4. post Pentecostem.*

Quidquid aditatur, semper ad nos ipsos redimus. *Ratio parva,  
& perratum est invenire zelum amore proprio pro-  
fus vacuum; perratum est invenire zelum, cujus aut-  
em veluti quidam non sit naturalis nostra cupiditas.*  
Nobismet persuademus, aliique persuadere conamur,  
a nobis nihil aliud inquiri praeter Dei gloriam, &  
ob unam hanc nos operari; verum si in zeli nostri  
exercitatione Deo placere cupimus, cur hoc mu-  
nas relinquere detrectamus, cum eorum, a quibus  
regimur, voluntas nobis ostendit, Deo nequaquam  
placere, ut ulterius in eodem versetur? Est magnum  
habere zelum, velle per te solum fieri id,  
quod plures occupare possent; verum si in hac labo-  
rum multitudine propter Deum tantummodo opera-  
ris, mitum est, te ita attentum esse, ac sollicitum,  
ut omnes palam intelligant, quot laboribus te ipsam  
exerceas, ac inani sudorum tuorum ostentatione in-  
dignam, inutilemque miserationem emendes. Saepe  
omnia facere vis, & solus omnia nunquid fortasse,  
quia formidans competitorum, ac metusis, ut diviti  
sint planius, si alter tecum labores parietur? Et pro-  
fecto si Dei gloriam tantummodo quaeris, quacum-  
que via illa procuratur, debes esse voti compes,  
atque certissimum falsi zeli argumentum est cum anti-  
mi agitudine, & invidia quadam secessu aliorum  
eventus respicere. Rona opera, que sunt insignia,  
suspicionis vacare non debent, cum nostra sunt optio-  
nis. Amor proprius subtilis est; & superbia fere sem-  
per nanciscitur modum sibi meti satisfaciendi pra-inten-  
tionis speciem pretextens. *Idem.*

O Deus! quam terribilem intellectionem, si pol-  
quam plurimum praedestinatum saluti fuerimus occup-  
rati, ad vite exitum ex supremi veram omnium arbi-  
tri ore audiri sumus nos reprobos esse. funestum-  
que scilicet naufragium postquam, ut ita dicam, alius  
opem tulerimus, ut in beatae aeternitatis portum trajice-  
rentur; infelices id genus Apollolus, eruditus quidam  
vir ait, nequaquam melius comparari, quam his, qui  
Noeticam extraxerunt Arcam, qui postquam diu la-  
bores perpeffi sunt, ut aliena saluti aliquid con-  
ferrent, primi fuere, qui diluvii fluctibus obruti mi-  
fere interirent. Hoc iterum, iterumque cogitandum  
est ab illis, qui propter zelum, ut officium aliena  
invigilant incoluntur, ne hoc ministerium, sanctum-  
que manus vitae suae impuritate dedecoret, & memi-  
nerint se dignos praebere debere, quibus Deus lo-  
quatur, & quos erudit, atque aliiis predicandis,  
atque edocendi provinciam aggradiantur. *Lib. 1,  
cui titulus: Dialogi Joannis Abbatis, & Eusebii pres-  
byteri.*

Ex S. Bernardi sententia non sufficit eos, qui ad  
munus adeo sanctum assumuntur, communem habere  
virtutem. Sanctitas eorum esse debet plena, & super-  
abundans, ipsique, ut Propheta inquit, induti esse  
debent justitia. Aliter, hic Pater ait, hoc est esse  
examine velle, cum periculosa felicitatis effectu  
extrinsecus temet effundi, cum vix semperis es,  
neque expectas, donec omnino planus sis spiritu Dei.  
Ut igitur hac in re prudens hoc sequaris consilium,  
cavendum est, ne imiteris rivulum eodem fere mo-  
mento emittentem aquas, quo eadem recipit. Fontis  
alveus imitandus est, qui aquas suas non nisi plenus  
effundens id dat, quod sibi superflui, quin ultra ja-  
ctura afficiatur. *Idem.*

Zelus hic ardens, nimisque durus, qui exsiccatur,  
ac devorat, quocumque se effundit, psalm ostendit  
quoruplicem personam gerat illo. Frustra ostendis,  
accensam bilem, adustum sanguinem, ingenium acre,  
& morosum majorem sibi vendicare partem hujus spe-  
ciosa severitatis. quam mansuetus spiritus Jesu Chri-  
sti. Cordis illius praeventi; non auditis, ob oculos  
habent Elia zelum, & quidquid contrarium exhibe-  
tur, vocatur mollis, & damnabilis indulgentia, pra-  
varicatio, relaxatio. Severitas non semper illi est  
incommoda, qui hanc aliiis praedicant. Saepe sibi met  
indulgent, eo usque, ut sibi graviora condonent vi-  
tia, ab aliis religiosissimam exigunt regulatentem. . .  
Saepe amarus hic zelus sese in quiventioniam, & mur-  
mur effundit. Heu! Chreitis inventum, ne in corde  
exacerbato, ac inflammato contra vitam, quo aliquan-  
do sunt tantum contentia? Si corrigendi sunt abu-  
sus, si errores reprehendendi, relinquamus patrista-  
milia curam vineae ipsius, quam supremus Dominus  
non credit nobis. Noverrit ille triticum a lolio se-  
cernere, atque a conductibus suis commissi depositi  
rationem expetere. Quenam illius est aeternum con-

De zelo acti-  
& eius se-  
vero.

De zelo mix-  
to esse debet cum  
indulgentia.

Non defuit,  
qui ob inco-  
dinatum ze-  
lum alienae  
saluti coop-  
erante da-  
manatur.

De zelo ama-  
ro & nimis  
ardenti.

De zelo ama-  
ro & nimis  
ardenti.

tra licentiam, alienosque mores declinare, & nunquam morum suorum reformationi animum appelleret? Si zelum habemus, cur circa externum tantummodo iustum infudamus? Nobis ager nolite excolendus est, & in hoc satis laborandum est, quin negotium nobis faciant spiritus, que in alieno nascuntur. Numquam detegerunt verum principium huius zeli duri, & amari, qui querelis tantum, & murmurationibus, improbitque interpretationibus pascitur, & qui in fel, exprobrationes, ac censuras se tantum effundit? *P. Crisost. tom. 2. consideratum asseritur.*

Ad eos, qui sancto hoc funguntur munere, excitandos, ut in animarum saltem studium omne omnemque coeram impendant, & ad sciendum in illis ardentem zelum, qui ad effectum hunc est necessarius, que validior offerri potest ratio, quam meminisse hoc esse cum Dei filio operari, labores, furoresque suos cum laboribus, sudoribusque Dei commiscere, ut suppleat his, que desunt passionibus Dei, videlicet per applicationem earum, que in privatum? Quails honor est in societate laborum vacari, ut auxiliemur Deo in hoc divino conversionis opere, & efficiamus, ut sanguinis sui fructu fruatur? *Dei adiutores sumus.*

1. ad Cor. 3. Præsumit vero quodam consolationis argumentum illi, qui aliorum salutem procuraverit, atque, ut loquitur evangelium, curis, ac montis suis Deo fratem suum lucrati fuerit: *Lucratu: ovis fravrem tuam, Matth. 18. Proh curis gloriosas! labores solatio plenos, atque beatos etenim, ut S. Cyrillus ait, animam lucrati illud est, quod nos coram Deo magno facere possit, & hæc sola quibus peccatoris convertendi cogitatio, & omque ex mundi fugiendi eripendi, atque in salutis viam deducendi efficere debet, ut nullo in discrimine gravissimas quaslibet erumnas habeamus. Verum quid dico (Ista cogitatio nos gaudio debet replere, quemadmodum testatur Apostolus 1. ad Cor. 7. Superabundo gaudium, repletus sum consolatione, & ad exemplum illius ut Franciscus Xaverius: exulto gaudio, ut cor meum præ lætitiæ magnitudine sui compes non est. Sint autem ex illis causam felicissimi, aliter quidem reddet, ad Titi adventum hic cognovisse, quo animo affecti essent Corinthi, quos ipse ad fidem converterat, alter vero responderit sui gaudii causam esse uberem illam animarum messem, quam in recessis desertis terrarum plagis faciebat. Et sine merito: hæc enim illa ovis est, que perierat, & quam bonus Pastor inventam, humerisque impositam suis reduct in septa; hæc drachma est evangelica felicitate reperta, que congratulationes expectat; hæc est filius prodigus, qui ad parentis optimum revertitur non satis exprimit valentis lætitiæ, qua ex reditu ejus perfunditur. *Gaudere, & epulari oportebat; perierat, & invenit est. Luc. 15. Sed quantum erit consolatio, lætitiæ, triumphus in celo, cum illic videbimus animas, quas eo ipse aduxerimus? Tunc erunt gaudium, & corona nostra, quemadmodum S. Paulus ad Philip. 4. eas vocat, quas ipse convertit: Gaudium meum, & corona mea; etque Dei filio offerentes dicere poterimus, quod ille Patri: *Hi sunt, quos dedisti mihi* Joan. 17. Ecce, Domine, fructus laborum meorum, quibus benedictionem tuam imperit dignatus es; hic fructus est talenti mihi concessi, & provincia, quam mihi commisit, exitus, &c. Ex sermone manuscripto Auctoris sermorum in omnia Ecclesie Christiane argumenta.**

Ad satis digne obeunda gloriosi ministerii, ad quod pro salute proximorum vocati sumus, munera semper meminisse debemus nos, ita Dei socios esse, ut ejusdem instrumenta tantummodo sumus; ideoque nos ab eo vim omnem mutuari debere: Mira enim illusio est credere, eloquentia tantum opus esse, ingenio, scientia officio, non injucundo oris habitu, ut nobis hoc in munere omnia feliciter cedant; vel arbitrari, postquam tibinet optimam concionum suppellectilem comparaveris, necnon validas argumentationes, & schemata ad animos flectendos idonea repereris, tibi satis roboris, virumque fore, ut omnia civitatis vitia persequaris: hæc anima quidem magno esse possunt auxilio, nec diffiteor: sed vis, ac virtus supernaturaliter agendi in animas undenam expectanda est, nisi a prima causa per unum, quem cum eadem habebimus, oratione, ac virtutibus, que ad tantum hoc munus obeundum sunt necessaria? Nequaquam. Neque eloquentia tua bene commovebit animam, neque argumenta tua persudabunt illi, ut e scelerum suorum fordibus emergat, neque ingenium tuum efficiat, ut revertatur ad Deum; sed Deus ipse, qui ad maximos quoslibet effectus operandus humillimis etiam utitur instrumentis, tua utetur humilitate, obedientia, ac præsertim fidelitate, & gratia motibus

Rationes dicitur que zelum tantum nobis inspirare debent.

Major pro Deo amor testari non possumus, quam proximorum salutem simul cooperantes.

Quo animo alicui esse debeant illi, qui in ministerio conversionis maximum adhibentur.

velificatis, ita ut homo divino animatus spiritu, cupis virtus, ac potestas sunt a Deo, propter Deum omnia possit efficere. *Idem.*

Hæc cum subinde mecum repeto ea, que Apostolus, eorumque successores in ipso Ecclesia ortu fecerunt, cum cogito modum, quo Ecclesia hæc instituta fuit, & decem, vel duodecim pascitores universam terrarum faciem immutasse, populos, integrasque gentes convertisse: quare, hæc mecum tacitus, illa tantum fecerunt, nos vero, qui illdem muneribus persequimur, adeo parum proficimus? Nonne quia non illdem utimur mediis? Si scientia tantum, ingenium, aliaque requirerentur talenta, non pauci invenirentur adhuc, qui Apostolicis primorum temporum hominibus nequaquam cederent; sed nos non sunt eadem virtutes, que zelum hunc potentem, victor, atque efficiunt, neque eadem nostrummet ipsorum abnegatio, hæc mortificatio affectuum, hæc rerum omnium contemptus, & zelum nostram nequaquam tenent. *Idem.*

Præclarum spectaculum videte aliquando has animas, quas Dei filio offerimus! Quam voluptate existimatis illum excepturam aliquando munus hoc, & auditorum hæc verba, que illi dicemus: Ecce, Domine, fructus laborum meorum, quibus benedictionem tuam imperit dignatus es; ecce lucrum, quod retuli ex talento, quod mihi in quibus pondum credidisti. Nequaquam illud hanc infodi, sed inde quantum cepi, illud iocunde non reddidi, sed inde quam maximam referre utilitatem aditus sum. Tu illud mihi dedisti tanquam particulam bonum, illud nunc tibi reddo tanquam publicum; tu illud mihi tradidisti, ut sanctificarem, ego vero illud tibi reddo in tot peccatorum conversione. *Sermo Manuscriptus.*

Suum, & proximi sui salutem cupere duo sunt adeo arctis inter se vinculis conjuncta, ut separari minime possint, & alienam procurare salutem ratio fere certissima sit hæc consulendi. Si enim Jonathas olim morti additus Patri sui iudicio, eo quod extrema virga mellis favam gustasset, cum victoriam adversus Philistæos persequeretur, populo deprecante, qui cum virtute illius salutem obtinuerit, coegit regem, ut adeo severam abrogaret sententiam, periculo liberatus fuit: certum est, quodcumque scelus peccator patriverit, quamcumque sententiam Deus iratus in illum proferre velit, si ille ita felix extiterit, ut animarum salutem contulerit aliquid, illa seles offerent ad divina majestatis tribunal misericordiam flagitaturæ, & elata voce clamabunt, non fecit as Populus a Jonathas servatus; æquum non est eum mori, qui tot animas salvos fecerit. *Cardinalis de Rebelli in libro de perfectione Christiana cap. 1.*

Animam salvare non est solum illi viam colli offendere, sed est quam diligentissime illam decurrantem inquirere; eam procalliditate patienter expectare, illam in vitia sua resistentem ferre cum charitate firmitatibus ejus asserere solationem, & cum gaudio eam humeris gestare boni pastoris imitar, ut semel de perditionis via fuerit amota. Animarum salutem est opus filii Dei, vos organum illius esse, & scitis non agere instrumentum, nisi quantum adhiberet manus artificis, a quo movetur. Sine illo nihil potestis facere, sequimini motum spiritus ejus, illi adhaerere per imitationem virtutum ejus, sancti estote, ut illi sanctus estis, ac ipse vobis uter opera, ut longe plurimos salvos faciat. *P. Novet par. 5. medi.*

Initium ducere volo prætextum omnium vanissimum, atque falsissimum evertens, quibus abutuntur quidam dicentes zelum animarum non esse virtutem, que secularis debeat, & que ad illos pertineat. Quid? S. Chrylостomus inquit, nunquid charitas in Christianismo essentialis non est, an zelus animarum non est præcipuum charitatis officium? Hoc vestrum non est, dicitis. Cujus est ergo? nunquid demonis, qui iugiter quarit omnes homines perdere? Nunquid improberum hominum, qui scelus approbant, vel qui saltem auctoritate tua illud approbare videtur? Hoc agitur, ut pro spiritualibus animabus, que præstantissimum sunt Creatoris opus, laboremus, easque salvas faciamus. Hunc eundem finem sibi salvator proposuit; hic finis exitit Incarnationis, miraculorum, actionum omnium vite ipsius, omnium denique passionum ejus, & mortis. Nunquid fingi potest aliquid minus, quam redimere fratres suos, & efficere, ut qui Sathana erant, mancipia fiant filii Dei? *Ex sermone sermone.*

Zelus est character maxime proprius Apostoli. Zelus hunc quarit cor vastum, quod omnia possit amplecti; animam intrepidam, que omnia aggredi valeat; illu-

Nobis magna in celo erit gloria videntibus ibi animas que opera nostra ex parte veniant.

Salutem suscipiat, qui cooperatur alieno.

Quid est zelus animarum?

Zelus animarum omnia personarum genera respicit.

Zelus, est character Apostoli proprius.

illuminatam sapientiam, qua regatur; indefessam constantiam, qua laborum distinationem, ac pondus sustineat, quo animos despondeat. Talis fuit primorum Apostolorum zelus, qui vocati, & electi fuerunt, ut fidei lumen in remotissimas, & densissimas gentilitatis tenebris obratas regiones afferent, regna peragrarent, atque transant maria, ut in populos barbaros sub Jelu Christi ditionem parducerent. *Ibidem.*

Justum odium, quod contra malos mores fovendum est, ita coercendum est, ut contra personam non levit. Hoc illud odium est, quod Propheta iustum appellat: *Perfecto odio odiam illos.* Quem locum ita explicat S. Aug. Hoc dicitur, ait, ille, non amare vitia propter homines, neque homines propter vitia. Sed quo magis humanam diligimus naturam, eo magis odisse debemus peccatum, quod hæc naturam corrumpit. Ita Moyses contra Judæos propter vitulam auream succensit, tantamque concepit indignationem in illos, ut innoxiam videretur, attamen pro illis deprecatur, & zelo, atque ineffabili ardore preces effundit: Vel dimitte, Domine, illis hæc noxam, vel dele me de libro vite. Ita Samuel irascenti contra populum sibi petentem regem, quem Deus, ut aliquando eum leniat, dicere tentatur: Petitione hac non te repulerunt, sed me. Attamen ingrato huius populo dicit: Abite, et ego pro vobis iugiter vota non offeram. Ita David iuste contra rebellem, & paritidam filium iustitiam confribit exercitum eum persecuturus; attem dicitur suis imparat, ne calamitose huic principi manum audeant inferre: *Servate michi pacem Absalon, 2. Reg. 18. Ogier in Panes Eryeo S. Nicolai.*

Habemus igitur zelum, ut Elias 3. Reg. 19. zelus domus Dei nos comedit, ut David Ps. 68. noscitur adigat ad improbos omnes, impiisque auferendos, exterminandosque, ut 1. ad Cor. 5. scribitur: *Abite, & charitate, Dei nomine, non nostro dicitur, qui nequaquam illius praverat consilia. Caveamus, ne sit zelus cæcus, impatiens, injustus, non enim desunt devoti quidam ignari, & rudes, sæpe natura morosi, quorum animi ægritudo passim zeli personam induit, & qui, quin cogitent se vivere in lege charitatis, & gratie, peccatorem æque, ac peccatum odisse videntur. Numquam loquuntur de misericordia Dei, semperque præsto essent, ut iustitiam illius exequerentur. Homines sunt, qui ineffanter murmurant, & conqueruntur, de aliis quidem nunquam, de se vero semper contenti. *Abbas de Monasterio in basil. Dominica 5. post Epiph.**

Cum dicimus zeli constantiam requiri, non ideo probamus spiritus quosdam duros, atque furetes, quorum zelus amarus, morosa, ac ad bilem excitata natura semper in eis revocat eandem acrimoniam, quam habent in corde; zelus contra scientiam, qui efficit, ut palam, & privatim audaces, ac imprudentes sermones inlicitum aptiores explenda populi nequitiæ, eum contra potestates excitando, quibus juxta Dei naturam subesse: omnis homo debet, quam sumorum virorum vitis corrigenda. Possimus, vel potius debemus constantes simul esse, atque sapientes, & veritas, quam proferimus, quo magis fiduciam videtur asserere, eo magis discretionis splendenda est. Constantia igitur, que in J. C. ministro requiritur, non est indifferens temeritas, sed generositas sapiens, & ordinata, que, cum requirit necessitas, efficit, ut coram summis æque ac imis, divitiis, æque ac pauperibus loquantur, quin ignavus pavor, vel fortissimum lucellum efficere possint, utilitatem in iniustitia detineant. *Idem tom. Dom. 22. post Pentec.*

In ecclesiastica historia legitur S. Basilii cum Præfeto Modesto conversationem. Vir hic missus est, ut nihil apud S. Basilium intentatum relinqueret. Nihil ille reliquum facit, ut S. Antitkem deterreat, ne ego, quo solebat, zelo veritatem tæteatur. Speciosus illi prætextus proponit. Si vel quid minimum promissionibus succedunt mine, hæc enim tota hominum potestas redigitur. S. Basilii semper est æque constantis, & Præfatum alloquitur ea vi, quam veritatis, cuius illum assererent, atque patrum Deus constituerat, magnitudo postulat. Hæc autem pars est orationis, & responsionis ejusdem S. Gregorio Nazianzeno allata oratione ad S. profieri præ mortalibus omnibus imperatoris nobis obsequissimum, & adactissimum est. Ubi agitur de officis essentialibus, præbendis, & obtemperamus, prout nobis lex præcipit, neque ulla umquam in nobis inventi

Quodnam esse debeat odium quod in peccatores concipere debemus.

Zelus temperatus esse debet, ut non in iustitiam.

Si zelus cæcus esse debet, nihil minus esse debet pro deo.

Constantia & intrepiditas S. Basilii zelus.

poterit oblatio non solum contra Principes, contra Imperatores, immo neque erga novissimum argumant. Sed cum Dei res agitur, & gloria, nullam novum amplius humanam considerationem, ac Deum unum respicimus. Teferri qui quibet cruciatus nobis terrore non eruat, sed voluptati. Adhibe minas, nos contumelias profunde, tota potestate tua abutere, ac Casarem appella; nihil obtinebis. Licet etiam graviora nobis intentes mala, nunquam evinces, ut impie doctrine subscribam. Cum Præfeto hæc viri libertate commotus illi dixisset, neminem antea fecum ita locutum fuisse; fortasse, inquit, nondum eum Episcopo locutus es. *Lambert tom. 2. sermonum ecclesiasticorum.*

Ubi nam sunt J. C. ministri, qui zelum habeant? Tuam ad examen revoca. Num cum illa conjunctus es fortitudine, que, cum de veritate tuenda sermo est, nunquam cedit? Ut hæc habeas constantiam, nulla te flectere debet remuneratio, nulle te deterere debent minæ; verbo, nihil nisi a Deo expectare debes, nihil debes timere, nisi ne illi displiceas. Zelum habere non pates, nisi sis ardens, ac strenuus; & qui zelum dicit, explicite dicit ardorem, & activitatem; hoc est, qui zelum habet, in anima sua sentire debet vivum ardorem, qui succenditur, & inflammatur, quotiescumque nobis Domini viam aperit agendi pro illo. *Idem.*

Cum zelus verus est, quin cadit, dicit plurimos offendant obices, accenditur, & inflammatur. Nonne prædictum fuit, illis, qui J. C. tuebantur, inimicos non desituros? Voluit Deus periculum facere zeli tui, cessisti, ostendisti zelum tuum exiguum esse, & fidem tuam imperfectam. Verum quid times? ne omnino vincaris? An necis victoriam gloriosorem, atque certioram non esse, quam cum ab impiis vincimur pro Jelu Christi gloria dimicantes? Nunquam magis liberi sumus, primi dicebant Christiani, quam cum in captivitate sumus; neque perfectiorem unquam victoriam reportamus, quam cum nos victos exultamus. *Idem.*

Habere debeo zelum pro proximo meo, si pro Deo meo amorem habeo. Debeo hunc amorem illi testari gloriam illius maxime promovens; at quomodo illum promovere possum, nisi adnitendo, ut ad hominibus agnoscat, & diligit? At nonne hæc zeli est occupatio? Si Deum diligo, amo quicquid infinite amat proximum meum, & amor ejus eo tendit, ut nulli rei parcat eum salvum futurus; nonne igitur, si Deum amo, proximum quoque amare cogor, & nihil intentatum relinquere, ut illius salutem consulam? Dei filius singulis nostrum ait, quod olim S. Petro: *Si amas me, pascere oves meas;* hoc est quantum in te situm erit, & pro statu, viribusque tuis fratrum tuorum salutem consule. Hoc præstabis, si me diligis; si hoc negligis, me non diligis quantumcumque me diligere profitearis. *Animadversiones P. Nepeu tom. 4.*

Sic animarum pretium nobis exploratum, atque computatum esset, nunquid non zelum pro earum salute habemus? Illud vero ignorare possumus, cum quanti a Deo fiant, intelligamus? Illius hæc in re iudicium nostri regula esse debet. Quidnam operatur Deus in ordine nature, & gratie, quid autem non operatur? ad salutem animarum collimat. Possimusne videre amorem, zelum, quem J. C. pro illis habuit, quid egit, & pertulit pro illarum salute, & illas in pretio non habere, non diligere, & prælo non esse, ut omnia pro earum salute agamus, & perferamus? Heu! Domine, si mihi deest zelus, ideo deest, quia deest amor erga te. Si Jelum Christum diligere, post semine citra mororem, sicque oculis intueri tot animarum, quas ille sanguine suo redemit, interitum; Possimusne saltem constans aliquem non exere, ut earum cladem averteremus? Heu! infinita singulis diebus in infernum labuntur anime, & quis vel dignum movet eas prohibetur? Hoc, anabo vos; serio considerate. *Idem.*

Animarum pastores tenentur præ aliis zelo flagrare, & in aliorum salutem opus, se tempus impendere. His singillatim præcipit Dei filius, ut oves suas pascant: *Pascere oves meas;* eosque respicit tanquam interfectores earum, que deficiente pasculo interierint. *Non paucis, accidisti. Bis non pascere, occidere est.* Heu! Si magnum pondus est anime sue rationem sibi esse reddendam, quid erit de alienarum salute rationem reddere debere? Mirum esse debet, si viri sanctitatis laude florentes adeo grave pondus detestantur? Sed nonne magis mirum esse debet, quod qui a Sanctorum virorum laude tantopere abhorrent, ubi

Zelus accendit contradictionibus esse debet, & ardens.

Major pro Deo amor testari non possumus, quam proximorum salutem simul cooperantes.

Quotum præteritis tenentur maxime zelum habere pro salute animarum.



est, quod Glorie Deus semet victimam obtulerit pro salute animarum, quod passus fuerit se ad supplicium trahi tanquam agnam, quod sese servilibus penis submisit, quod sese tradiderit in mortem, mortem autem crucis; nos vero adeo aegre, & gravate moveamus pedem, ut fratrum nostrorum salutem ad laboremus? P. Noves in Medit.

Anima una Deo accipitur est unum vel omnium

Quem non miseresceret excidii tot animarum, cogitantem presertim, animae unius cladem majorem esse, quam mundanae hujus molis interitum, & ad ipsam prohibendam omnium corporum mortem merito impendi posse. Nero non nisi per sanguinem speclabat urbem Romam, quae flammis urebatur, & civium sanguinem per vias defluentem, quae omnia veluti jucundo imbuta colore ad oculos ejus referebant. Sed animae interitus perspicendus est per charitatem, quae mundi Salvator illam prosequitur, per sanguinis ejusdem pretium, per amorem, quo ad exemplum ipsius illam complecti tenemur, & per tormenta, quae in aeternum subitura est, quae causa est, propter quam Dei Filius testatur, non posse nos aliquid ad majorem sui gloriam operari, neque illi magis placere, quam si nam dumtaxat, quae perierat, animam ad ipsam reduceremus. P. Antonius de S. Martini a Porta.

Zelus ex quadam parte constituit characterem illorum omnium, qui diligunt Deum: nemo est, qui zelo flagrare non debeat propter salutem fratrum suorum, Quod bonum non potest, & debet procurare subditis suis superior pater, vel mater familias filijs, & domesticis suis; dominus iis omnibus, in quos habet auctoritatem; privatus etiam erga omnes morum suorum integritate, colloquiorum suorum sanctimonia, bonorumque exemplorum suorum luce, denique modis mille, quos christiana charitas potest singulis suppeditare. Ita quilibet, quin egrediatur e statu suo, manere, & conditione, fieri potest operarius Apostolicus. Quae servitia! Quae barbaries! videre tot animas repente pereuntes. Sed caveamus ne cupiditas veri zeli personam induat. Zelus Filii Dei prototypus esse debet nostri. In zelo autem Salvatoris, quae sapientia est, quae lenitas, quae patientia! Zelus ardens nimis durus est; quocumque sese effundit, excipiat, & devorat; plenus acrimonia, & amaritudine. Hic factis obsequit, quam facile sit falli, ubi agitur de charitate. Zelus mollis, & nimis indulgens est etiam zelus falsus. P. Croiset.

Bellum quidem peccato indicendum est sine ulla miseratione; sed zelus verus semper parcat peccatori. Severitas non semper incommodat illis, qui eandem praedicant; semper sibi indulgentes eo usque graviora etiam sibi vitia condonant, ab alijs scrupulosam, nimirum exilant regularitatem. Heu! bone Deus Charitas nunquam ne reperta fuit in cordo moroso, & acrimonia laborante? Si qui sunt abusus corrigendi, vel errores redarguendi, relinquamus paternam illis curam vineam, quam summus verum Dominus nobis nequaquam imposuit. Quenam illud est incessanter declamare contra licentiam, & laxitatem aliorum, nunquam vero ad sumum ipsius reformationem animam appellere. Si nobis zelus est, nunquam ne nisi circa externum obiectum versabitur? Nonne satis operis, laborisque impendendum nobis est in agro nostro purgando, & excolendo, quin negotium nobis facessant spinae, quae in alienis agris nascuntur? Quod zelus, quem pro nobis habemus, durissimus sit, potest venia dignum videri; quod autem zelus, quem erga alios habemus, sit parum compatiens, nimirum amarus, hoc Salvatoris spiritus non probat. Da nobis ergo Domine zelum hunc purum, tenerum, verum & pro nostra, & pro aliorum salute, ut fratres nostros lucrando, per gratiam tuam aeternam beatitudinem nostram consequamur. Pater, Croiset in Asieris, Exercit.

Zelus verus est viva, & ardens salutis animarum cupiditas. Est hic generosus affectus, quem fides parit, quem charitas animat, & spes christiana sustinet. Haec virtutes zelo tribuant, quidquid habet virtutum, constantiae, ardoris, lenitatis, patientiae, magnanimitatis, & nonne virtutes eadem nobis inspirare debent hunc zelum? Cogitantes quanti stetit Dei Filio anima, ac ideo quanti haec valet; possimus ne, si quid in nobis est fidei, & charitatis, videre haec oculis animam hanc pereuntem? Possimus ne ejusdem interitus non commoveri? Possimus ne ejusdem interitus mitterent, omnia sustinerent, omnia sacrificarent, cognatos, amicos, opes, talenta, ut terras ac maria omnia lustrarent, hac mente, quaerendi videlicet animas Salvatoris sanguine redemptas, easque in illius

Zelus, amarus, & durus innolet ipsos impendens

psica referendas. Quid permissi non sunt! quos labores non hanerunt! quot illi amara fuerunt sustinenda, quot obices superandi! quot contradictiones! Sed verus zelus omnia vincit; ubi de gloria Dei agitur, de salute proximi, omnia aggredi potest, omnia superare, nulli inimici metuenti illi sunt, & sonus ille satis est; ut omnibus resistat: Charitas Christi urgeat nos. 2. Corinth. 5. Hoc dicendum est a Christianis omnibus. Anima nostra nobis esse debet cura, & salus nostra esse debet obiectum primum sollicitudinum nostrarum; quoniam Dei Filius illam tantum fecit, ut ad id voluerit suum crorem effundere. Sed bone Deus, quae rationis, vitaeque inversio! nonne portento simile est in natura, videre mortales zelo succentes pro aliorum salute, & neque eodem desinitos pro sua! Non negligunt quidpiam, ut alios ad Deum revocent. Qui sermones! qui in sermonibus vis! quae, & quam pathetica adhortationes! quae collationes, quam viva, quem, ut videntur, unctio gratiae refert! Sed simul quanta sollicitudo propria incuria, & negligentia! Movent, illucit, oblectant, omnia, ut ita dicam, corda ad eorum voces scinduntur. Tamen quid prodest homini, ipse Dei Filius testatur, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patitur? Nuncquid mortalium omnium salus illius faciet iustitiam? Heu, Domine! nosmet tantopere amamus, & tota cura, zelusque noster pro alia qualibet re, praeterquam pro nostra salute impenditur. Quid! adeo cupidi, avidique sumus lucri, voluptatum, & honorum; salutem vero nostram nullo in discrimine habemus! quae dementia, quae insania! Ibidem.

Verus zelus neque turbidus est, neque cum impetu fertur; moderatus, & prudens est, novitque commoda sancti tempora, ut leniter sibi viam ferat. Non magnis sermonibus, ut plurimum, magnos effectus gignit; sed officio, indulgentia, opera opportuna praestita, praesertim vero exemplo. Non scientia, non eloquentia, non opus est litteris, ut hac ratione lucreris alios. Vide an hoc igitur succensus sis, qui lucet, & eodem ardore totum mundum calefacit. Movete te calamitas eorum, quos aliorum malorumque Christianorum caecitas perdit? Aere ne pateris, Deum parum cognoscis, & parum amari? Decreta ne officis letitia, cum illum colis, & in praetio haberi cognoscis? Homines pios diligis, & probas? Haec vera sunt veri zeli argumenta. Habemus fratres secundum spiritum, habemus etiam fortasse secundum carnem, qui pereant. Quotidie preces aliquot peculiare effundamus pro conversione nostra, & illorum, pro salute peccatorum, atque Hereticorum. Patres, matremque familias invigilate filijs, inferioribus, domesticis vestris. Habete curam, ut frequenter divinis sese reficiant mytherijs, ut matutinis, vespertinisque suis preces effundant: illos erudite. At enim, inquit, non omnes sunt concionatores; sed quilibet esse potest Apostolus, & Missionarius in familia sua. Imposueram haec tibi sit dignitas, ejusque officijs perstringere. Ibidem.

Sancto Augustino teste, tria sunt zeli genera, quae facillimum est discernere ex diversis eorum characteribus, & causis, propter quos operantur. Est zelus, qui totus est pro Deo contra homines, qui totum salum cum solus est, nimis est rigidus, & amarus. Est zelus, qui pro hominibus est contra Deum, & zelus hic injustus est, nequam, & iemerarius. Est zelus pro Deo simul, & hominibus, qui quaerit ultionem injurias ab hominibus divina injuriis illatas, si malique hominum salutem prospicere, & hic sanctus est, cum prudenter regatur. Primum genus zeli obstruit januam templorum, & omnem aufert aditum misericordiae. Zelus hic plenus est amaritudine, & imprudentia, similis zelo Apostoli illius, qui commovus injuriis, quibus Dei Filius lacebatur in urbe quadam Samariae, ignem de caelo cupiebat elicere in illam, quia Salvator aditum clauserat. Itaque illum corripuit Salvator dicens: *ne sitis cuius spiritus sitis*, significans Evangelij sui spiritum lenitatis, & praesentem hanc vitam esse regnum misericordiae pro peccatoribus. Zelus alterius speciei, qui hominibus haeret contra Dei gloriam, priore longe nequior est; sed tertius, qui severitatem cum indulgentia temperat, qui Deo quidem vult satisficere, quam perat peccator, & qui simul iustitiae, & misericordiae iura tenet, zelus periculis est, & Deo acceptissimus. Ex specimen orationum pauperum carum.

Verus zelus tener, & patiens est. Minister Evangelicus, qui eodem animatus est, qui deterreatur videns labores suos in iratum cedere, ingemiat vota

Tria distincta zeli genera, quoniam totum salum percipit est.

Discrimen inter zelum verum, & falsum.

vota sua precesque pro peccatoribus: diffidamus de zelo, qui tam contra peccatorem, quam contra peccatum irascitur. Zelus hic durus, & amarus proprie non aliud est, quam affectus mala, quae veluti personam, zeli nomen induit, ut sine pudore sibi meti satisfacere valeat, & quae sub ipsius charitatis persona suam evomit virus. Verus zelus nunquam cum ultionis, & dissensionis affectu reperitur. Vividus quidem, & ardens est, nunquam vero acerbus, & asper. Apostoli duo adhuc imperfecti deici de caelo cupiebant ignem, quo absumeretur oppidum quadam Samariae, quod hospitium Salvatori negaverat: *Ne sitis cuius spiritus sitis*, cum ita loquimini, reddidit illis Dei Filius. Hoc eodem spiritu illi omnes animati sunt; quibus zelus est acerbus. Suavitas, humilitas cordis, misericordia erga peccatores, & misericordia characteres sunt hominum Apostolicorum. Haec zeli amaritudo passim oritur ex mente superba, & corde corrupto. Testimonium perhibeo illis, quod amulationem Dei habent, inquit Apostolus Roman. 10. *sed non secundum scientiam*. P. Croiset in Asieris, Exercit.

Talis est character propagatorum veritatis, donec alii animo infesto eos persequantur, & sanctissime illorum actiones veneno inficiantur, praebent illi colores satis aptos furori, & caecitati peccatorum suorum. Sed hoc praeter voluntatem praesent, ut virtus eorum, & inimicorum improbitas magis eluceat: suam tenant apologiam, cum alienam facere conantur. Quo non erumpit zelus, qui secundum scientiam non est? quid illum cohibere possit? Conscientia, & Religio, quae aliis affectionibus frenum injiciunt, hujus aculei sunt, eique in sceleribus eam inspirant securitatem, quae bonas actiones sublequitur. Qui in factione aliqua honesti appellatur, decepti sunt, & seducti, alii vero calidi, & seductores. Et profecto in zelo falso nullum invenitur iustitiae, at longe plus superbiae, & ambitiois. Judaeus tumens, non secus ac Pelagus iustitiam suam suis tantum operibus retenebat acceptam. Novator flagitiosus illam fidei suae merito verit; humilis autem fidelis suam & fidei, & gratiae simul tribuit, qui operibus suis cooperatur. Lex data est, ut Messias cognosceretur, & confirmarentur promissiones, olim factae, ac in eorum salutem, qui ante illius adventum essent in hunc ipsum credituri. Igitur JESU CHRISTI cognitio clavis est mystica David, quae Legis liber aperit: Judaeus, qui illum ignorat, qui finis est Legis, Legis spiritum assequi, & per illum iustificari non potest. Hoc ipsum dici potest de Novatoribus, qui Ecclesiae auctoritatem non cognoscentes in numero filiorum ejus haberi non possunt. Ibidem.

Verus zelus plenus est inavitate, & vacuus invidia.

Omnis zelus inquietus, acerbus, vel amarus, omnis zelus, cui secreta subest invidia, falsus est zelus. Character veri zeli scilicet illius, quem Deus inspirat, est vulnera meriti oleo, vinoque adpersa, ad exemplum Samaritanis; est errata leniter corrigere; patienter pharmacorum effectum praesolari, & vere letari ob prosperum eventum, quem tribuit Deus laboribus aliorum. Malignus hic meror, quo conficimur, cum alios videmus utilius laborantes, argumentum est, nos in bonis operibus nostris aliud quidpiam quaerere, quam Deum. Si tibi amarus est zelus, S. Jacobus Apostolus inquit, & spiritus ad contentionem pronus, ne quid tibi plus aequo arroges; talis enim sapientia delatum non est, sed terrena est, animalis, diabolica. Ita etiam, ubi adest invidia, adest etiam perturbatio, dissensio & omne genus actionum iniquarum, & perverfarum. Tibi ne sunt filii, quos corrigas, domesticos, quos reprehendas? cave, ne id feceris cum superbia, furore, ira, acrimonia. Charitas est mansueta, nunquam irascitur, & furit. Ibidem.

Discrimen inter zelum verum, & falsum.

Nihil melius offendit discrimen illud, in quo habendi sunt, qui vero, & qui falso zelo correpi sunt, quam exempla, quae nobis in Sanctis Scripturis occurrunt. Primi quidem perunt a Deo conversionem illorum, de quibus occasionem haberent conquerendi. Hujusmodi fuit Moyses, qui dixit illi: Domine vel parce huic populo, aut dele me de libro quem scripsisti. Secundi vero id quaerunt unum, ut illos deiciant, & perdant; cuiusmodi erant Judaei illi, qui videntes excitationem a S. Paulo diffidam inter Phariseos, & Sadduceos vorerunt non sine jure jurando, & imprecatione, de nihil esculentis, vel potulentis degustantibus, nisi antea illum sustulissent. Primi similes sunt Michae Prophetae, qui licet populi Dei verbis nuntiasset mala, quibus deinceps erant

multandi, dixit tamen, se cupere, si sui esset arbitrii, ut prophetia sua in iratum cederent, quam cum omnimodo Filiorum Israel excidio compleretur. Secundi Jonam imitantur, qui veritus, ut pro pseudopropheta haberetur, postquam Ninivitarum fuerat vaticinatus, quae nunquam implebatur, tanto dolore affectus fuit, ut a Deo animae suae a corpora secessionem precaretur, mortem vita ipsa sibi iucundior exitimans. Abbas Bollandus in *delectis festivitatis*.

Est zelus quidam amarus, qui corrigendus est. Vult hic mundum totum corrigere, ac temere omnia reformare. Si illum audis; fere putas omnia legibus ejus, censurisque subijci. Satis est ejus originem agnoscere, ut quam inordinatus sit, innotescat. Affectu hujus zeli origo turpis est; proximi nostri vitia irritant nostra; vanitas nostra alienam ferre non potest; per superbiam vanitas proximi ridicula est, & non ferenda nobis videtur; sollicitudo nostra, & anxietas excitat nos contra illius inertiam, atque ignaviam; morostas nostra contra hujus flagitiosa sollicitudo nos acuit, & nostra inurbanitas contra alterius nimium leporum, ac venustatem. Si vitia vacui essemus, non adeo acriter doleremus vitia eorum, cum quibus versari tenemur. Certum est hanc oppositionem, & hanc pugnae speciem inter: vitia nostra, & proximi plurimum augere posteriora in mente nostra, quae jam praecupata est. Deegi ne potest origo fordior, & nequior critici Zeli hujus, quam vobis ostendi? Si bona fide fateri volumus, non esse nobis tantum virtutis, quantum requiritur, ut patienter sustineamus quidquid in proximo nostro imperfectum, & infirmum est, nos quoque nobis imitemur infirmi. Hoc autem vanitas nostra reformidat; vult igitur e contra, ut infirmitas nostra fortitudo videatur; eam ad virtutis speciem attollit, eamque pro zelo traducit, & haberi vult; zelo tamen, qui fictitius est, & ad plurimum hypocrisis. Beniam nonne admirabile est videre, quantum pacati, ac tranquillissimi in iis aliorum vitijs, quae nobis minime incommodant, cum interim praclarus hic zelus tunc ardeat in nobis contra illos tantum, qui nostram excitant amulationem, vel qui patientiam nostram fatigant; zelus commodus, quem non exercemus nisi pro nobis; & ut proximi vitijs abutamur, ut nosmet super illos extollamus. Felton Archiepiscopus Cameracensis in *delectis sermonibus*.

Si zelus noster verus esset, ac ordinatus secundum Christianae Religionis normam, semper a propria correctione nostra duceret initium; ita nostris vitijs, & infirmitatibus occuparemur, ut non vacaret nobis alienis delinere. Oporteret hoc minus esse conscientiae nostrae proximi vitam expendere; tunc etiam cum nosmet dispensare non possemus, quo minus illi invigilarem, hoc tamen propter nosmet perquam caute exequeremur juxta Apostolicum illud consilium: *corripite fratrem suum in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu corriparis*, dum alium a tentatione comaris erudere, & dum pravum alterius ingenium corrigere vis, periculum adit, ne tuo obsequaris, & cum alienam cupiditatem, ac superbiam vis coercere, finas te tua sibi impatienti, ac imperiosa natura. Ibidem.

Infestus animus, quo demon in animae excidium incumbit, illum incessanter occupat, devorat, urit, conficit; zelus salutis fratrum nostrorum cederet ne injulha cupiditati illos perpendi? Quis dolor est videre in singula momenta infinitas propemodum animas pereuntes? Haec erat causa marioris, h. c. fons lacrymarum Salvatoris: *Tota die conversatus ingrediebatur*. Psal. 37. Zelus noster illius zelum immitetur. Quantum in nobis est monitis, & exemplis curamus, ne Deus ledatur, & ploremus cum Propheta malum, quod prohibere non possumus: *Vidi praevocantes, & rabelebant*. Psal. 118. Servus, qui vere amat dominum suum, potest ne testis esse injuriam, quibus ille lacebitur; quin resistatur, vel saltem quin dolore tacebat, si injuriam populare non possit? P. Segneri in *Meditatio*.

Verus zelus est patiens. Zelus omnis, qui cum impetu fertur, nimium cupiditatem suam praesertit, ita ut verus zelus haberi non possit. Zelus omnis, qui prudentia, & charitate vacuus est, vitiosus est. Zelus omnis inordinatus metuendus semper est; omnia exaggerat; nullius rei habet rationem; se ipsum audit dumtaxat, & cogitationes quibus in excessum praecupatus fuit, quae ut plurimum injulissima sunt, ac falso infidentes iudicio. Quo magis temeritatis inest illis; eo sibi placidius, & cum plerumque multa ignorantia illi comes accedit, qua vulgo illius pars est, ipsa imprudentia sua eum fero-

Characteres zeli veri & bene instituti.

Varia falsi zeli nota.

ferociorem efficiunt. Virtus adhuc infans, ut plurimum indifferenti zeli capax est, & facile in severitatis excessum erumpit, praesertim vero erga alios. Vin. Domine, dicebant Sancti Jacobus, & Joannes acti zelo paulo acerbiore contra Samaritanos, qui illius discipulos expulerant: Vin. dicamus, ut ignis de caelo irruat super eos, eosque absumat? Hic zelus nimis durus erat, nimisque severus, ideoque Salvator illos corripuit dicens: *nescitis cujus spiritus sitis*. In hoc ardore, cui zeli nomen tribuitur, saepe illatio non desit. Alii suum ingenium sequuntur in nimiam severitatem incidentes, alii in corripendam ignorantiam. Innocentia morum in Confessione nonnumquam est causa, propter quam se nimis difficilem praebet, quod satis frequenter non oritur tam a zelo, quam a secreta quadam assera suae perfectionis vanitate. Ipsa etiam Confessarii imperfectioes illum nimis indulgentem efficiunt, eo quod propria inquit miseriam, Sola theoria plerumque efficit, ut aliquid nimis celeriter condemnetur; & diuturna praxis efficit, ut nimia cum facilitate absolvatur. Omnis falsus zelus est: est est cupiditatis. Qui hoc animatur, illes imitantur, qui a S. Judo vocantur nubes sine aqua, quae ad ventorum arbitrium circumquaque feruntur, & in fulgura, atque tonitrua solvantur. Verus zelus semper cum patientia, & lenitate conjunctus est. *Pater Segneri in Medit.*

Intelligis ne quid sit animam a morte salvam facere? Hoc est aliquid majus tuis, quae olim fecerunt Josue, & Gedeon, quibus Salvatoris nomen inditum est, eo quod tutati sunt populum suum ab hostibus, qui illis non nisi corporis vitam poterant auferre. Peccatorem salvare, illum convertere, est quodammodo illius fieri Salvatores, eodem modo quo ipse Dei Filius Salvator est; hoc est Filii Dei munere fungi. Hoc est esse illius Ministros, & cooperatores, ut loquitur Apostolus, salutem animarum operari. *Dei sumus adiutores*. Ullum ne minus esse poterit sublimius, & homine Christiano dignius? *P. Segneri in Medit.*

*Hic est voluntas ejus, qui misit me, Patris; ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Et sane cum nihil sit antiquius Deo, quam salus animarum; nihil etiam illi potest esse jucundius officio, quod illi praestamus illas ex abyso educentes, & ad primum ipsarum principium revocantes. *Nihil ita gratum est Deo, & ita cura, ut animarum salus.* S. Chryostomus inquit, Hoc est generale totius sanctae Scripturae argumentum, hic finis mysteriorum omnium, centrum oblationum Dei, scopus omnium consiliorum & operum ipsius; propter quem S. Augustinus ait, formavit caelos, extendit maria, terreae jecit fundamenta, & quod longissime gravius est, propter quem unigenitum suum misit in terram. Hic S. Gregorius Magnus ait, Omnipotenti Deo nullum gratius offerri posse sacrificium, zelo animarum; & S. Joann. Chryostomus testatur nihil Deo acceptius fieri posse, quam totum vitae suae spatium in communi omnium hominum bonum conferre. Ad id se ferio paullisper attendite vos, qui praestis tot regum dices mortaliibus: quos si minus omnes in caelum inducere licet, omnes indolite vestrae nervos saltem intendite, ne perdati aliquem eorum, quorum curam, salutemque vobis, ac vestrae fidelitati commisit, ut cum Salvatore dicere valeatis: *Quos dedit mihi, non perdidit ex eis quemquam.* Joann. 18. *P. Novet in Medit.*

Nulla veritatis est, quae non utatur diabolus animam in inferos detracturus. Attentus potissimum ei, quae in nos dominatur cupiditati, nihil praetermittit, ut illum palpet, & foveat. Voluptuosis voluptates, avaris opes, ambitiosis promittit honores; verbo singulos oppugnat ex parte deteriori. Vir zelo succensus pro humana salute adversatur artibus spiritus mendacii omni industria, quam illum edocet charitas temperingeniosa, cum ardet. Omnibus omnia factus sum, ut omnes J. C. sacrificarem; suavis, severus, indulgens, inexorabilis, patiens, sollicitus pro re nata, & juxta personarum characteres. Hic enim Pastores, & rectores animarum omnem attentionem, ac industriam suam debent transferre. Quod igitur probrum est, quod diligentius demon querat artes hominum perdendorum, quam J. C. minister eorum salvandorum rationem inquirat? Trepidandum quidem est ignavis, & parum attentis Ministris. Quot animae in eorum manibus perierunt, eo quod illis non aperuerunt eas salutis vias, quae singulis erant oppositae! Quot rationes aliquando reddenda! *Pater Segneri in Medit.*

Peccatorem a vitio avocare, hoc est illius esse Salvatorem.

Demon nihil potentatum reliquit, ut animas perdat; ita & nos secum illas salvas faciat.

zeli tui magnitudine. *Non veni salvere justos, sed peccatores.* Luc. 4. Charitas patiens est. Rebells hae animae tandem victas dabit manus correptionibus tuis; fortasse hae ipsa etiam die, fortasse etiam crastina edet. Fortasse felix adest conversio ejus momentaneum tunc temporis, quo ab eadem recedere cogitas. Piscator totum amittit diem, nihilque piscatione sua capit, cum jam jam domum cogitat, adhuc jacit rete suam, & prada, quae toties illum seleserit, in retibus invenitur. Hinc videtis patienter agenti desperandum non esse de eventu operis suscepti, praesertim si ad majorem Dei gloriam tuos labores, suasque curas impandit. Ceterum non zeli successus coram Deo ministrorum ipsius merita constituit: plantat illi quidem, & irrigant, sed Dei est dare incrementum. Homini Apostolici merita est illius tantum curis & laboribus saliantur: *Mercedem accipiat secundum laborem suum.* Ad Cor. 1. 9. Hae quidem optima est consolatio illis, qui incessanter ad proximi salutem procurandam incumbunt; licet levissimum ex laboribus suis referant fructum: sed terribile verbum non est ignavis, aut vanis operariis; qui eo quod laboras suos in irium credere videntur, muneri sui officia negligunt. *P. Segneri in Medit.*

Quicumque operam navat, ut homines retrahat a peccato, fungitur officio legati Omnipotentis: *Quasi eo meum erit.* Jerem. 15. Quam jucundum te Domino praebes, si fideliter hoc fungaris ministerio? Hoc illud fuit ejusdem Salvatoris, cum versabatur in terris. Organum fuit Patris sui, ut voluntates illius hominibus aperiret. Apolloni, ac omnes Apostolici viri in hae Salvatoris officia successerunt. Hae tamen non est ratio sola, propter quam dicit Deus, eum, qui cooperatur proximorum saluti, fore quasi eos ipsius. En alterum. Es hominum profert verba, sed ex se non profertur effectus; cum Dominus per solum verbum suum agat. *Ipsi dicite, & facta sunt.* Psal. 32. Praecipit, & mundus statim ex nihilo existit. At per organum servorum suorum aliquid majus operatur, quam si mundum crearet, videlicet immi justificationem. JESU CHRISTI Minister revellit hominem a sine peccati virtute divini verbi, miraculum majus, quam mundum ex nihilo creare. Etenim ut illud praeteram, quod mundus non rellit Dominicae voluntati, quod facit homo; mundi creatio intra naturalis boni fines continebatur; sed peccatoris justificatio bonum est supernaturalis. Ecce magnum illud opus, ad quod non medicum conferre vobis licet zelo vestro in proximi salute procuranda. *Idem ibidem.*

Cam proximum nostrum de demonis servitute eripimus, tunc illum JESU CHRISTO restitimus. Anima hae in servitute lapsa cum damno affecerat. Illus erat omnium jurium titulus; illum sibi adeptus fuerat pretio sudorum, passionum, & mortis suae. Haec cogitationes quam apte sunt ad inflammandum in nobis zelum pro salute proximi! Ita est, hic peccator; hae ingrata, ignava, & abjecta creatura illa est, cujus mortem nonnisi cum dolore fieri JESUS CHRISTUS; & pro hae mortuus est. *Pro quo Christus mortuus est.* Rom. 14. Itaque quodnam gloriosius facinus est, quam ad fratrum nostrorum salutem cooperari? Hoc est cooperari Salvatori nostro ad humani generis, hoc est praestantissimi operum suorum, redemptionem; hoc est esse cooperatores Dei. 1. Cor. 3. Quam gratia tanto huic inhaerent ministerio! *Idem ibid.* Quantumvis gravissima sint cauae, quibus agimur, ut proximum nostrum a vitis omnibus retrahamus, dicimus tamen deesse nobis talenta ad tantum hoc munus necessaria. Ecce quid inani huic excusationi responderi possit: Optulatur pro viribus proximo tuo; desunt lumina, & requisite qualitates, ut peccatorem erudias, & moveas, sed pro illius salute fac quidquid vales juxta vires, ac statum tuum. Cum medico zelo, cum rei pares non sumus? zelus non aliud est, quam charitas Christiana, sed charitas quantum pollet ingenio? Hoc satis nobis offendit beatissima Virgo, quae sub specie audeundi confobriam suam, ac obediendi mere urbanitatis officium, viam sibi aperit nonnihil conferendi ad Joannis Baptiste sanctificationem. Non patheticis tantum sermonibus lucramur animas Deo; verus zelus alias hujus rei efficiende rationes adfert. Nonne tibi cor est ad fratrum tuorum salutem optandam? Nonne lingua, ad preces Domino fundendas, ut illos immetuet? Non oculus, ut eorum plures excitet? Non manus, ut iniquitates eorum elemosynis redimas? Charitas scit hae omnia in proximo redigere. Et cum id agimus, quod in nobis situm est, Deo

Quam gloriam recipiam homo ex laboribus suis, per quos proximo gratiam procurat.

Nellus est Christianus, qui salutem fratrum prodesse nequeat.

facis est: ejus ira flebitur in favorem proximi nostri, & ejus misericordia tangit animos, quae nullo infelicitatis suae sensu affici videbantur. *Quid retribuam Domino pro his, quae retribuit mihi?* Psal. 115. Hoc cum regio Psalte tibi dico, Domine; & tu per Spiritum Sanctum tuum mihi respondes; Pro viribus auxiliare proximo tuo. In hunc jura mea transfero, & te mihi pro omnibus beneficiis meis satis superque fecisse puta, cum erga illum omnia charitatis officia perolveris. Quam divitarum fons esset homini, hoc pacto in jura tua, Domine, traduci erga alios homines, nisi isti tibi essent ingrati. Sed quae mihi consolationis est causa, nosse, tibi non injucundam esse gratitudinem meam, cum miseror malorum fratrum meorum, eorumque necessitatibus non desero! Si minus illos erudire valeo, & consiliis juvare, exemplis meis edificabo. Si ad illos loqui non possum, pro illis ad te, Domine, loquar, tibi pro illis offeram vota, lacrymas, opera charitatis, & penitentiae. *P. Segneri in Medit.*

Inutilis esset excusatio vestra, si diceretis vos nihil pro salute proximi moliri, quia ad munera Apostolatus non estis vocati. Orare vobis licet pro fratribus vestris pereuntibus, quid vobis proficit? Quid respondebitis in JESU CHRISTI iudicio, nisi minus hoc essentiale obieritis? *Orate pro invitum, ut salvemini.* Jacob 5. Excita, Domine, in ecclesia tua viros zelo succensos, qui salutem procurant horum execorum misere pereuntium. Ut eos in viam salutis revocent, primi cum illis per eandem ambulent viam, non parent laboribus, aut curis ad vastandas animas, quas ipse tuo sanguine redemisti. Quam gloriosi sunt isti Apostolorum virorum ministri! Quam beati labores eorum! agitur de fratribus eorum, quos de teterrima libertate captivitate. Mortui sunt, qui per illos ad gratiam revivuntur; rei infelices, quos ut ita dicam, retrahunt ex inferno. Dignum Deo minus! Quam gloriosum illis, quibus ipsum Deus communicare dignatur. Honor tua legendi vestigia, o Salvator! voluptas salvos facienti mileris fatis repararent in ministris tuis ministerii ipsorum curas, atque labores; sed locupletissimas etiam mercedes promeremini; adeo vobis cura est salus animarum. Si per statum, laboreque meos nihil conferre possum ad peccatorum conversionem, hoc efficere saltem possum exemplis, & precibus meis. Edificabo illos, quantum erit in me, & assiduo fatigabo te precibus meis, Domine, in gratiam eorum. Quid me magis movere debet, quam tibi lucrari animas, quae tanto tibi pretio steterant? *Idem ibidem.*

Hoc Sancti Augustini estatum summa ejusdem sapientia dignum est, & sancti qui illud fecerunt sunt, ipsum solidis rationibus confirmant. Tenet S. Bernardus, charitatem, quam quisque sibi debet, primam esse ab illa, quae nos Deo conjungit. Ita loquitur. Charitas tua a te ipso ducit initium. Ne obliviscaris tuis te effundens in ea, quae sunt extra te. Quid tibi proderit universum mundum lucrari, si perdidideris animam tuam? Licet in reliquis te ipsa sapiens esses, nisi tibi sapias, deest aliquid sapientiae tuae. Quid vero desit, quavis? Vin. dicam, quid sentio? Omnia desunt. Licet omnia intelligere mysteria, licet terrae latitudinem caeli, marisque profunditatem diuensus esses; si te ipsum non nosti, similis es edificanti, quin fundamenta jeceris; sublimem quidem ruinam, non autem edificationem stues. Quidquid condiderit extra te, tanquam pulvis erit, quem in aere ventus rapit. Omnes id genus veritates S. Bernardus in hanc illationem perduxerunt. Nemo prudens, qui sibi prudens non est. In acquisitione salutis, nemo tibi germanior unico Matri tuae. *Auctor recens.*

Quemadmodum impii societatem inire videntur per eos nexas, qui inter ipsos intercedunt, ut pietatem, & virtutem evertant: Sancti quoque conjungi consueverunt, ac mutis se se subsidium communire ad flagitia dissipanda. Non minorem praesertim in virtute tuenda zelum, quam aequo liberiores in eadem impugnanda. Suo deesse putarent officio, si hae in occasione infirmitatem, aut timorem offenderent; neque manus obrent suam, nisi traderent omnia indicia constantiae in bono inconvulsa, non secus ac impii in malo. Ille se nocentes coram Deo staturerit, nisi simul contra infelicitissimos illius hostes conspirarent; nisi sanctum foedus percerent ad illos impugnandos, Deique regnum in cordibus eorum stabilendum. *Auctor recens.*

Quot in Sancta Dei Ecclesia videntur zelotes im- prudentes, qui evitare cupientes tarditatem, & ignaviam

Orandum est pro fratre salutem.

Suz magis salutem, quam aliena confalendum est.

Varia salu zeli descriptio.

viam quorundam spirituum turbidiorum in extrema oppo-  
 sita ruunt, & magno cum impetu sequuntur inge-  
 nium suum ardentem, ac altantem, rati se spiritus  
 Sancti motus sequi, Devoti hi censes, & critici  
 nemini parcunt, & sepe gaudent, si potius errorem  
 corripiendum, quam virtutem imitandam inveniant.  
 Quos intemperat hocce devotio cupido, qui  
 suam cum Domini gloria permittentes plus norunt  
 excogitare pretextus, ut de inimicis suis ultionem  
 respiciant: Quos moderatores, qui reformationem  
 crepantes veritatem se propagare jactent, dum il-  
 lam impugnant, ecclesiam restaurare, dum illius fun-  
 damenta subvertunt, & qui Religionis colore eam-  
 dem Religionem labelant? Afferri hi viri boni,  
 qui perniciter aliquibus adherent, quibusdam am-  
 bagibus irretiti spiritus sunt perniciosi, qui non nisi  
 de concordia, & pace loquuntur, & semper fovent  
 dissidium, & bellam: invidi spiritus, qui bene con-  
 siliatam aliorum famam everpunt, ut cause sue ma-  
 jorem excellentiationem conciliant. Maligni spiritus,  
 qui charitatem peccant, omnesque regulas ejus ever-  
 tunt. *Sermo Alter Academiae anni 1695.*

Reditus anime ad Deum fuisissimum spectaculum  
 est omnibus celestibus Spiritibus. Cum anime pretium  
 cognoscant, citra gemitus illius interitum intueri non  
 possunt. Si cogitamus animam hominis adjectissimam  
 receptam fuisse pretio Sangainis Filii Dei, posse-  
 mus ne ejusdem excidio non moveri? Possimus ne  
 JESUM CHRISTUM cognoscere, & in JESU CHRIS-  
 TO credere, ut citra dolorem videamus nequissimum  
 abulum, qui de illius sanguine fit? Nonne Salvator  
 ipse zelum nostrum ciendum, nonne nobis ostendit  
 sollicitudinem suam, qua querit, ut peccator ad se  
 revertatur, cum nobis afferit celestes intellectus pre-  
 gaudio exultare? Oblectatio, qua Dei Filius afficitur,  
 & quidquid agit, ut peccator revertatur ad il-  
 lum, ac de pravis habitibus suis referat triumphum,  
 nobis piam ostendunt, quam damnabilis sit hec sa-  
 lutis proximi negligentia, & quo zelo nobis omni-  
 bus procurandum sit, ut proximus noster ope gratie  
 conetur ex suis flagitiis emergere, & per sinceram  
 penitentiam ad Deum reverti. *P. Croiset in Exercit.  
 Alacrit. Tom. 5.*

Salutis no-  
 strae coopera-  
 tionem, & gratiam salu-  
 ti cooperant-  
 tes,

Justus operit multitudinem peccatorum illius,  
 quem convertit, quia illum convertens, detrahit su-  
 per illum misericordiam, per quam omnia illius pec-  
 cata remittuntur, atque delentur. Dici potest etiam,  
 charitatem illius, qui cooperatur, & quocumque mo-  
 do confert aliquid conversioni fratris sui, ut iustique  
 peccata operire. Singuli multa delinquimus, Sanctus  
 Jacobus ait c. 3. 2. & iustissimus quisque tenetur di-  
 cere Deo per ipsius JESU CHRISTI mandatum,  
*dimittite nobis debita nostra.* Matth. 6. 12. Sicuti au-  
 tem Dei Filius afferit, illam misericordiam esse con-  
 secuturum, qui fecerit misericordiam; omnibusque  
 dicit: *date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur  
 vobis;* Matth. 5. 7. quis dubitat non esse hanc

praeclarissimam rationem misericordia utendi erga  
 peccatorem, cum hic ab errore suo revocatur? Te-  
 gemus etiam propriorum scelerum multitudinem alie-  
 na tegentes peccata; ac ipsi recipimus gratiam, &  
 veniam, quam alteri procuramus. Incumbamus igitur  
 ad fratrum nostrorum conversionem, si illos dili-  
 gimus, & si diligimus nosmet ipsos; quoniam eor-  
 um, & nostra salus esse debet fructus laboris nos-  
 tri. Utamur instructionibus, correctionibus, suppli-  
 ciis, consulationibus, beneficiis, & ut verbo me  
 expediam, rebus omnibus, quas huic bono operi  
 proliurus intelligimus. Sed quidquid agamus, ad-  
 damus semper preces, quoniam, qui plantat, &  
 rigat, nihil sunt, sed Deus, qui dat incrementum.  
*Tourneux in anno Ecclesiastico. Tomo 6.*

Dedit Deus Ecclesie Spiritum Sanctum, & per  
 hunc Spiritum omnibus, quos destinabat cooperato-  
 res in salutem animarum, distribuit dona, & neces-  
 sarias qualitates ad exercendum ministerium suum,  
 cujusmodi sunt talentum verbi, pectus miraculorum  
 patrandorum, donum prophetie, intellectus, scientie,  
 & sapientie. Aliis quidem affluentiam horum  
 honorum copiam concedit, quam aliis; sed vult  
 utrosque in lucro ponere id, quod receperunt, quia  
 post reditum suum, videlicet in altero adventu suo  
 ab illis reposcet rationem modi illius, quo gratias  
 suas in quasi collocaverint. Servi illi qui dup-  
 lam retulerunt argenti vim, quam illi pater fami-  
 lias tribuerat, sunt fideles ministri JESU CHRIS-  
 TI, qui illius tantam gloriam inquirunt, utonant  
 ad eandem augendam gratis omnibus, quas receperunt,  
 videlicet cum zelo cooperantur saluti anima-  
 rum, nullique rei parcunt, ut placeant illi, a quo  
 sibi dictum fuit: *Ego constitui vos ut eratis, & in-  
 firmum afferatis.* Joann. 15. 16. Hi igitur illi sunt so-  
 li, qui ardent cooperantur ad salutem animarum,  
 & qui ex parte possunt, se a Domino excipere ver-  
 bis illis, venite ad ubertinam percipiendam merce-  
 dem pro modico eo, quod fecistis. *Qui in pau-  
 ca fuisse fidelis, . . . . . intra in gaudium Domini  
 tui.* Matth. 25. *Tourneux in anno Christiano. Tom. 8.*

Qui Domini sui talentum insudit, quin illud in  
 lucro poneret, eos exhibet, quin per ignaviam  
 aut timorem in JESU CHRISTI sui gloriam, vel  
 Ecclesie utilitatem non impendant talenta, quae ab  
 eo receperunt. Nam sapientia, quae se se non com-  
 municat aliis, idem est, inquit Scriptura, ac the-  
 saurus humi desolatus. Nemo lucernam accendit, ut  
 teneat sub modio, sed ut domum illustret iis lumini-  
 bus, quae ad id fuere concessa. Habere donum veri-  
 bi, & tacere; aptum esse ad alios regendos, & no-  
 le alicujus regendi curam suscipere; denique posse  
 aliis proficere, & sibi tantam vivere, hoc in Evan-  
 gelio vocatur in terram abscondere pecuniam Do-  
 mini sui; nam ratio ab eo reddenda major erit,  
 minorve secundum ea, quae receperit. *idem  
 ibidem.*

Cum Deus  
 tribuat ta-  
 lita regni  
 ita illis  
 quod desi-  
 navit ut ope-  
 rum fructio-  
 carum saluti  
 animarum ex  
 illis distri-  
 buam ratio-  
 nem expectet.

R. P. VINCENTII  
**H O U D R Y**  
 E SOCIETATE JESU  
**B I B L I O T H E C A E**  
 C O N C I O N A T O R U M  
 T U M M O R A L I S E V A N G E L I C A E,  
 T U M T H E O L O G I C A E  
**T O M U S P O S T R E M U S,**


CONTINENS DUAS TABULAS

Quae usum Operis universi faciliorem efficiunt,

PRIMA nempe indigitat varias Sermonum Adumbrationes, propriaque  
 & naturalia Argumenta, quae congruunt cum Evangeliiis Dominicarum  
 per Annum, omniumque Dierum Quadragesimae, & praecipuarum  
 Festivitatum, seu Mysteriorum Domini Nostri, & Beatae Virginis.

ALTERA complectitur plures Sermonum, Argumentorumque Adum-  
 brationes pro variis Adventuum cursibus.

EDITIO NOVISSIMA.



**V E N E T I I S, M D C C L X I.**  
 E X T Y P O G R A P H I A B A L L E O N I A N A.  
 Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

Finis quarti, & ultimi tomi in omnia Ethica christiana argumenta.